

# The Electronic *Manipulus florum*

[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

## Gloria mala siue uana d cum fonte primo

Inanis gloria dicit: Age bonum quod uales,  
ostende bonum cunctis quod agis,  
ut bonus a cunctis dicaris,  
ut sanctus et uenerabilis ab hominibus prediceris,  
ut Dei electus uoceris,  
ut nemo te contempnat, nemo te despiciat,  
sed uniuersi debitum tibi honorem persoluant.

Augustinus in libro de conflictu uiciorum.

Inanis gloria dicit: Age bonum quotquot uales,  
ostende cunctis bonum quod agis,  
ut bonus a cunctis dicaris,  
ut sanctus et uenerabilis ab omnibus praediceris,  
ut Dei electus uoceris,  
ut nemo te contempnat, nemo te despiciat,  
sed uniuersi debitum tibi honorem persoluant.

Ambrosius Autpertus, *Libellus de conflictu uiciorum atque uirtutum*, 3 (CCCM 27B, R. Weber ed., p.911, ll.1-5).